mercator iste descendit. Et q̃ om
nis mercator dat ꝛ accipit. Dat
qđ habet. accipit qđ non habet.
Christ⁹ enim in ista mercatura de
dit ꝛ accepit. Accepit a nobis qđ
habundat. s. nasci laborare ꝛ mo
ri. Dedit renasci resurgere. i eternū
viuere. Ex hijs patet ꝙ christ⁹ a
nob accepit tres merces. s. nasci
laborare ꝛ mori. De prima merce
dicitur ysai. ix. De secunda Ps.
Ego sum pauper ꝛ in laboribus a
iuuentute mea. De tertia dicitur
Phil. ij. Fact⁹ est obediēs vsq;
ad mortē: mortē autem crucis. No
bis autem dedit suas merces. s. re
nasci. resurgere. ꝛ in eternuz viue
re. De prima Joh. pri. Dedit eis
potestatem filios dei fieri. Eiusdē
iij. Nisi quis renatus fuerit ex aq̃
ꝛ spū sancto. De secūda dicit Ja.
v. Ego resuscitabo eū in nouissimo
die. De tertia Luce. xij. Nolite ti
mere pusill⁹ grex. q꞉ complacuit pa
tri vestro dare vobis regnū.

Dominica quinta sermo pm⁹.

Simile est regnū celorū
homini qui seminat bo
nū semen in agro suo.
Math. xiij. Ista parabo
la de seminante bonū semē ꝛ de sup
seminante zizaniaz dn̄s p semetip
sū exposuit. Scđm cui⁹ expositio
nē in isto euangelio plura viden
da occurrūt. Primo videndū est

q̄uis est iste seminator qui sem
nat. Vtiq; filius hominis. Dyabo
l⁹ quidē in mundo seminauit tria
semina pestifera. s. ignorantiam.
culpā ꝛ miseriā. Ideo de celo venit
celestis agricola portans tria se
mina illis ɔtraria. s. sapientiam.
gratiā. ꝛ gloriam. De quib⁹ dici
tur Joh. pri. Vidimus gloriam
eius. Ecce semē glorie. Plenū grā
tie. Ecce semen gratie. Et veritatis
Ecce semen sapientie. Primo igi
tur dyabolus seminauit ignorā
tiam ꝛ ob hoc mundus erat tene
brosus. Ideo xp̄us portauit sapi
entiā illuminantē. Joh. p. Lux in
tenebris lucet ꝛ c. Roma. xiij. Nox
precessit: dies autē appropinqua
bit. Secūdo dyabolus seminauit
culpam. Et ob hoc mundus erat
frigidus. Jeremie. vi. Sicut frigi
dam cisterna aquā suaz facit: sic
frigidam malitia facit animam.
Ideo christus portauit gratiam
inflāmantē. Lu. xij. Ignē veni mit
tere in terraz: quid volo nisi vt ar
deat. Tercio dyabolus seminauit
miseriam ꝛ ob hoc mundus erat
ignominiosus. Ad tantam qui
dem miseriam homo deuenerat vt
iumentis similis erat. Ideo domi
nus noster ihesus christus porta
uit gloriam exaltantem. Adeo q̃
dem hominē exaltauit ꝙ qui erat
iumētis similis: fecit eum fratrē
suum. angelorum beatorum soci
um. regem celestem ꝛ omnibus
creaturis prelatum ꝛ principem.


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG